Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mala autem quare non sustineamus? In omnibus
hijs non peccauit iob labijs suis. neque
stultum aliquid contra deum locutus est. Tu.
Igitur audientes tres amici iob. omne
malum quod accidisset ei. uenerunt singuli
de loco suo. elyphaz themanites. et Bal
dach suites. et sophar neamathytes.
Condixerant enim pariter ut uenientes uisita
rent eum et consolarentur. Tu autem. lectio.
Cumque leuassent procul oculos suos. non cog
nouerunt eum. et exclamauerunt plorantes.
scissisque uestibus sparserunt puluerem super
caput suum. et sederunt cum eo in terra sep
tem diebus et septem noctibus. et nemo lo
quebatur ei uerbum. Videbant enim dolorem
esse uehementem. Post hec aperuit iob
os suum. et maledixit diei suo. et locutus est.
Pereat dies in qua natus sia. V.
sum. et nox in qua dictum est con